pars solvitur. Et factum est quasi in
legem absque terra sacerdotali: quae libe-
ra ab hac conditione fuit. Habitavit
ergo israel in aegypto: id est in terra
Gessen: et possedit eam: auctusque est
et multiplicatus nimis: et vixit in
ea decem et septem annis.
Factique sunt omnes dies vitae illius
centum quadraginta septem annorum.
Cumque appropinquare cerneret diem
mortis: vocavit filium suum ioseph.
et dixit ad eum. Si inveni gratiam
in conspectu tuo pone manum tuam
sub femore meo. & facies mihi
misericordiam et veritatem: ut non sepelias
me in aegypto: sed dormiam cum patribus
meis: et auferas me de terra hac: con-
dasque in sepulcro maiorum meorum. Cui
respondit ioseph. Ego faciam quod iussisti.
Et ille. Iura ergo inquit mihi. Quo iu-
rante. adoravit israel Dominum
conversus ad lectuli caput:.